tione ſeparabile eſt: tertium verò, quod ex his eſt, cuius generatio ſolius, & corruptio eſt, & ſeparabile ſimpliciter. Earum enim ſubſtantiarum, quæ ſecundùm rationem, quædam ſunt ſeparabiles, quædam verò non. Quòd autem materia quoque ſubſtantia eſt, patet. In cunctis nanque oppoſitis transmutationibus, eſt aliquod transmutationis ſubiectum: vtputa ſecundum locum, quod nunc hîc, rurſus alibi: & ſecundum augmentationem, quod nunc tantum, rurſus minus, aut maius: & ſecundum alterationem, quod nunc ſanum, rurſus ægrum: ſimiliter autem & ſecundum ſubſtantiam, quod nunc in generatione, rurſus in corruptione. Et nunc quidem ſubiectum, vt quod quid: rurſus autem ſubiectum, vt ſecundum priuationem. Et ſequuntur hanc etiam aliæ transmutationes: cæterarũ verò aut vnam, aut duas, hęc non ſequitur. Non. n. eſt neceſſe, ſi quid materiam habet localẽ, hoc generabilẽ etiã, & corruptibilẽ habere. Verùm quæ inter ſimpliciter fieri, & nõ ſimpliciter differentia ſit, in Phyſicis dictum eſt.

CAPVT II.

Cvm autem quædam vt ſubiecta, & vt materia, concedatur ſubſtantia, hæc autem eſt, quæ potentia eſt, reſtat illam, quæ vt actus ſubſtantia ſenſibilium eſt, quænam ſit dicere. Democritus igitur tres differentias eſſe videtur exiſtimare. Subiectum enim corpus, materiam, vnum & idem. Differre autem, aut rhyſmo, quod eſt figura: aut trope, quod eſt ſitus: aut diathige, quod eſt ordo. Videntur autem multæ differentiæ eſſe: vtputa quædam compoſitione dicuntur materiæ, ſicuti quæcunque miſtura, quemadmodum melicratum: quædam clauo, vt arca: quædam ligamine, vt faſcis: quædam glutine, vt liber: quædam pluribus ex his: quædam poſitione, vt limen, & ſuperliminare: (hæc enim, eo quod modo quodam ſita ſint, differunt.) quædam tempore, vt cœna, & prandium: quædam loco, vt venti: quædam ſenſibilium paſſionibus, vt duritie, & mollitie, & denſitate, & raritate, & ſiccitate, & humiditate: & quædam quibuſdam ex his, quædam omnibus his: & ſimpliciter, quædam redundantia, quædam defectu. Quare patet, quòd & ipſum eſt, toties dicitur. Limen enim eſt, quoniã ita ſitum eſt. & eſſe, ſic ipſum poni ſignificat: & glaciem eſſe, ſic denſari. Quorundã verò eſſe, & his omnibus definietur, eo quòd quædam miſcentur, quædã temperantur, quædã ligantur, quædã denſantur,

A ἐστι. τρίτον δὲ τὸ ἐκ τούτων, οὗ γένεσις μόνου καὶ φθορά ἐστι, καὶ χωριστὸν ἁπλῶς. τῶν γὰρ κατὰ τὸν λόγον οὐσιῶν, αἱ μὲν, αἱ δ᾽ οὔ. ὅτι δ᾽ ἐστὶν οὐσία ἡ ὕλη, δῆλον. ἐν πάσαις γὰρ ταῖς ἀντικειμέναις μεταβολαῖς, ἐστί τι τὸ ὑποκείμενον ταῖς μεταβολαῖς· οἷον, κατὰ τόπον, τὸ νῦν μὲν ἐνταῦθα, πάλιν δ᾽ ἀλλαχοῦ. καὶ κατ᾽ αὔξησιν, ὃ νῦν μὲν τηλίκον, πάλιν δ᾽ ἔλαττον ἢ B μεῖζον. καὶ κατ᾽ ἀλλοίωσιν, ὃ νῦν μὲν ὑγιὲς, πάλιν δὲ κάμνον. ὁμοίως δὲ καὶ κατ᾽ οὐσίαν, ὃ νῦν μὲν ἐν γενέσει, πάλιν δ᾽ ἐν φθορᾷ. καὶ νῦν ὑποκείμενον ὡς τόδε τι· πάλιν δ᾽ ὑποκείμενον ὡς κατὰ στέρησιν. καὶ ἀκολουθοῦσι δὴ ταύτῃ αἱ ἄλλαι μεταβολαί. τῶν δ᾽ ἄλλων ἢ μιᾷ, ἢ δυσὶν αὕτη οὐκ ἀκολουθεῖ. οὐ γὰρ ἀνάγκη, εἴ τι ἔχει ὕλην τοπικὴν, τοῦτο καὶ γεννητὴν καὶ φθαρτὴν ἔχειν, τίς μὲν οὖν διαφορὰ C τοῦ ἁπλῶς γίγνεσθαι καὶ μὴ ἁπλῶς, ἐν τοῖς φυσικοῖς εἴρηται.

Κεφάλαιον β.

Ἐπεὶ δ᾽ ἡ μὲν ὡς ὑποκειμένη καὶ ὡς ὕλη οὐσία, ὁμολογεῖται, αὕτη δ᾽ ἐστὶν ἡ δυνάμει, λοιπὸν τὴν ὡς ἐνέργειαν οὐσίαν τῶν αἰσθητῶν, εἰπεῖν τίς ἐστι. Δημόκριτος μὲν οὖν τρεῖς διαφορὰς ἔοικεν οἰομένῳ εἶναι. τὸ μὲν γὰρ D ὑποκείμενον σῶμα τὴν ὕλην, ἓν καὶ τὸ αὐτό· διαφέρειν δὲ ἢ ῥυσμῷ, ὅ ἐστι σχῆμα· ἢ τροπῇ, ὅ ἐστι θέσις· ἢ διαθιγῇ, ὅ ἐστι τάξις. φαίνονται δὲ πολλαὶ διαφοραὶ οὖσαι· οἷον, τὰ μὲν συνθέσει λέγεται τῆς ὕλης, ὥσπερ ὅσα κράσει, καθάπερ μελίκρατον· τὰ δὲ γόμφῳ, οἷον κιβώτιον· τὰ δὲ δεσμῷ, οἷον φάκελος· τὰ δὲ κόλλῃ, οἷον βιβλίον· τὰ δὲ πλείοσι τούτων· τὰ δὲ θέσει, οἷον E οὐδὸς καὶ ὑπέρθυρον· ταῦτα γὰρ τῷ κεῖσθαί πως διαφέρει· τὰ δὲ χρόνῳ, οἷον δεῖπνον καὶ ἄριστον. τὰ δὲ τόπῳ, οἷον τὰ πνεύματα. τὰ δὲ τοῖς τῶν αἰσθητῶν πάθεσιν, οἷον σκληρότητι, καὶ μαλακότητι, καὶ πυκνότητι καὶ μανότητι, καὶ ξηρότητι καὶ ὑγρότητι. καὶ τὰ μὲν ἐνίοις τούτων, τὰ δὲ πᾶσι τούτοις. καὶ ὅλως τὰ μὲν ὑπεροχῇ, τὰ δὲ ἐλλείψει. ὥστε δῆλον ὅτι καὶ τὸ ἔστι, F τοσαυταχῶς λέγεται. οὐδὸς γάρ ἐστιν, ὅτι οὕτως κεῖται· καὶ τὸ εἶναι, τὸ οὕτως αὐτὸ κεῖσθαι σημαίνει. καὶ τὸ κρύσταλλον εἶναι, τὸ οὕτως πεπυκνῶσθαι. ἐνίων δὲ τὸ εἶναι καὶ πᾶσι τούτοις ὁρισθήσεται, τῷ τὰ μὲν μεμῖχθαι, τὰ δὲ κεκρᾶσθαι, τὰ δὲ δεδέσθαι, τὰ δὲ πεπυκνῶσθαι,

τὰ δὲ